

rerum apud Romanam confusio: quāti per om̄nem Italiam motus excitati:  
 Sane qui legat audiatur alias super alias calamitates: Quouis ḡtium cō  
 fugere: sedesq; ubi ius capere potius q̄ eas perpeti deligat. Ne tamen alic  
 na tantum mala terrestris Venetia spectare uideretur ipsa uero pace liberi  
 us frui. Biorgus Alanorum rex: qui postea dicti sunt Alemāni. h̄ec de Ita  
 lia atq; imperio mala cum audiret: per Tridentinos saltus populabundus  
 irrumpit: Atq; ultra progressus: continuatis excursionibus direptionibus  
 q; Galliam omnem & Venetiam: Histriam usq; peruersit. Rediens ab R̄i  
 thimere gotto apud Benacum oppressus & imperfectus est? Libet in tātis  
 rerum turbinibus exemplum non omittere eterna memoria dignum Pau  
 lini episcopi nolani: Gratiōr est enim lucis radius qui per densas tenebras  
 eluet: De cuius uirtute & doctrina extat Hieronymi testimonium in epi  
 stola libris geneseos pr̄scripta. Nec minus Augustini iuxta finem primi  
 libri de ciuitate dei. Cæteris autem præstantius ē Gregorii in dialogo. Scri  
 bit & enim uiduæ mulieris abductum fuisse filium captiuum in Africam  
 a Genserici militibus. Ignara mater uiuus ne esset an mortuus: Ut tādem  
 rescivit uiuum esse: & in seruitute degere: pficiscitur ad paulinum: Postu  
 lat ab eo pecuniam ad unici filii redēptionem. Misereor tibi inquit pau  
 linus o mulier. Sed nihil iam mihi supereſt. Condonare me tibi possum:  
 pecuniam erogare non possum. Illud relictum ut si ita libet pro filio tuo  
 succedam in seruitutem Mulier cum neq; petere hoc ob auctoritatem tan  
 ti uiri audeſet: necq; abnuere ob filii caritatem in fletum tota diffluere. Nō  
 tulit uir sanctus illius lachrymas. Eamus inquit filium tibi propitio deo  
 restituam. Mox itaq; mutata ueste ambo in Africam transmittunt. Filiū  
 teneri reperiunt apud generum genserici a quo cum mulier aduoluta geni  
 bus lachrymans libertatem filii imploraret: nec moueretur Barbarus. Tū  
 mulier. At ego inquit tibi hunc hominem (manu paulinū demonstrās)  
 pro filio meo in seruitutem do. Contemplatus ille hominis faciem libera  
 lem: & integrā adhuc ætatem: conuersus ad paulinum: Et quid nam in  
 quī artificiū tibi est? Excolere iquit paulinus hortos noui. Tum Barbarus  
 qui mirifice hortis oblectaretur: accipio mulier conditionem. Cape tibi fi  
 lium: Tu mihi hortulanus esto. Cum autem ſæpe paulinus ad Herilem  
 mensam: nunc floribus: nunc holusculis redolentibus irreperet: uerbaq; &  
 mores illius prudentiamq; plusq; hortulano homine dignam: dominus cō  
 templaretur: Nec iam existimaret sordido aut abiecto loco natum: libera  
 liusq; quotidie: & hōestius haberet: adactus ſpiritu paulinus ad dominū  
 accedit. Here inquit seruus tuus sum. Tibi omnia debeo: qui ſupra fortu  
 nam meam quaſi pro filio me habes: non pro ſeruo. Proſpice re  
 bus tuis. Soſer propediem humanis concedet: perculſus hac uoce: Soſe  
 rū adit: & docet quid de hortulano audierit. Accersiri eū rex cōfestī iubet.